BELGII INFERIORIS
TABVLA.

Belgij *inferioris* 17. *sunt Prouinciæ Regi Hispaniarum patrimoniales*

- Ducatus
  - Brabant.
  - Limburg/ *cum Comitatu Dalem & Dominijs* Valckenburg *ac Rode le Duc, Brabantiæ annexa sunt, & à Iustitia, & Cancellaria Brabantiæ dependent.*
  - Lutzenburg.
  - Geldre.
- Comitatus
  - Flaenderen.
  - Artois.
  - Hainault/ Henegou.
  - Hollandt.
  - Zeelandt.
  - *Namur,* Namen.
  - Zutphen.
  - Marchionatus *Imperij, qui 4. principales ciuitates habuit, Niuellam, Louanium, Bruxellam, & metropolim Antuuerpiam, nunc Brabantiæ pars est.*
- Dominia
  - *Magnum Frisiæ Dominium.*
  - Mechelen.
  - Vtrecht.
  - Ouerysſel.
  - & roeningen/ *siue Frisia Orientalis, liberum Dominium.*

Harum Prouinciarum quædam, vt Zutphen/ Ouerysſel/ *Magnum Frisiæ Dominium, & Orientalis Frisia, licet in Germania sint sitæ, tamen quia Belgij inferioris Dominio subiectæ sunt, hîc recensentur, primo autem loco in Germaniæ tabulis describentur.*

Status harum ditionum Politicus, *tàm generatim, quàm speciatim ferè triplex est:*

Primus *est Ecclesiasticus, in quo præcipui sunt Abbates.*

Secundus *Nobilitatis, vt sunt Duces, Comites, Marcgrauij, Principes, Barones, & magni Domini.*

Tertius *Ciuitatum, quem primariæ cuiusque ditionis ciuitates repræsentant.*

Hi *status à Principe conuocantur, quoties de rebus ad Principem, aut ad Principatū, aut ad conseruationem & vtilitatem ditionum pertinentibus deliberandum est.*

Status Ecclesiasticus. *Quatuor sunt in hoc inferiore Belgio Episcopatus,* Camerick/ Dornick/ Atrecht/ *Arras Gallis, hi tres subsunt Archiepiscopo Rhemensi, &* Vtrecht/ *qui Archiepiscopo Colonienſi subest.*

Prouinciæ *Leodiensis & Morinensis, siue Taruannensis in aliquam partem huius Belgij extenduntur.*

Academiæ *sunt duæ, Louanium & Douay, olim institutæ, & nunc tertia addita, Lugdunum Batauorum.*

Collecta sunt hæc ex Ludouico Guicciardino, qui amplè & eleganter Prouincias Regias Belgij descripsit.

Medius Tabulæ Meridianus 26. o. reliqui ad hunc inclinantur, pro ratione 50. & 52. latitudinis Parallelorum ad circulum maximum.